Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26458
Copyright: Admont, Benediktinerstift



117

Respondens ihc dixit. Confiteor tibi dne
pater celi et terre. quia abscondisti hec
a sapientibus et prudentibus. et reuela
sti ea paruulis.
Queri potest cui ut ad quid ihc respon
derit. cum premissum non sit. quod aliquis ei lo
cutus fuerit. Sed quam alius ait eu
glista. exultauit in spiritu sancto. credere indu
bitanter possumus quod eidem spiritui responderit.
in quo et exultauit. Confiteor inquit tibi pater
dne celi et terre. Confessio hec filii dei. gratiarum
actio non inconuenienter potest accipi. Si ergo ut scrip
tura ait. non est speciosa laus in ore peccatoris.
speciosa ualde immo grata et accepta laus.
et gratiarum actio erat in ore filii dei. qui pecca
tum non fecit. nec inuentus est dolus in ore eius.
Que autem causa sit. propter quam idem filius dei exultan
do in spiritu sancto patri gratias egerit. uerbis mox
sequentibus innuit. Quia abscondisti hec a sa
pientibus et prudentibus. et reuelasti ea par
uulis. Quid hoc loco sapientium nomine. nisi
malignos spiritus possumus accipere. Maligni si
quidem spiritus. ideo sapientes dicuntur. quia licet
gloriam angelice amiserint dignitatis. sub
tilitatem tamen quam ex angelica adepti sunt na
tura non amiserunt. ideo quamuis ad prauum
semper intendant. occulta tamen et incerta